Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et phariseis ministros. uenit
illuc cum lateribus et facibus et
armis. Jhesus itaq; sciens om
nia quecuntura erant super
eum. processit et dixit eis. Quem
querritis. Rnderunt ei. Jhesum
nazarenum. Dicit eis jhesus.
Ego sum. Stabat autem iudas
qui tradidit eum cum ipsis.
Vt ergo dixit eis. ego sum.
abierunt retrorsum: et ceci
derunt in terram. Iterum ergo
interrogauit eos. Quem quer
ritis. At illi dixerunt. Jhesum
nazarenum. Rndit eis. Dixi
uobis quia ego sum. Si
ergo me quritis: sinite hos
abire. Vt impleretur sermo
quem dixit. Quia quos dedi
sti michi non perdidi ex eis quem
quam. Symon ergo petrus ha
bens gladium eduxit eum: et
percussit pontificis seruum et
abscidit auriculam eius dex
teram. Erat autem seruo no
men malchus. Dixit ergo
jhesus petro. Mite gladium
tuum in uaginam. Calicem quem
dedit michi pr non bibam il
lum. Cohors ergo et tribu
nus et ministri iudeorum com
prehenderunt jhesum. et ligaue
runt eum et adduxerunt eum
ad annam primum. Erat autem
socer cayphe. qui erat pontifex anni illius. Erat autem
cayphas qui consilium dederat iudeis. quia expedit unum
hominem mori pro populo. Sequ

batur autem jhesum symon petrus.
et alius discipulus. Discipu
lus autem ille erat notus pon
tifici. et introiuit cum jhesu.
in atrium pontificis. Petrus
autem stabat ad ostium foris.
Exiuit ergo alius discipu
lus ille qui erat notus pon
tifici. et dixit ostiarie. et in
troduxit petrum. Dicit ergo
petro ancilla ostiaria. Nun
quid et tu ex discipulis es
hominis istius. Dicit ille. Non
sum. Stabant autem serui
et ministri ad prunas quia fri
gus erat. et calefaciebant se.
Erat autem petrus cum eis
stans et calefaciens se. Pon
tifex ergo interrogauit jhesum
de discipulis suis: et de doc
trina eius. Rndit ei jhesus.
Ego palam locutus sum mun
do. Ego semper docui in syna
goga et in templo quo omnes
iudei conueniunt: et in occul
to locutus sum michi nihil. Quid
me interrogas. Interroga eos q̃
audierunt quid locutus sum
ipsis. Ecce hi scuit quid dix
erim ego. Hec cum dixisset.
unus assistens ministrorum
dedit alapam jhesu dicens.
Sic rndes pontifici. Rndit
ei jhesus. Si male locutus sum testimoni perhibe de malo. Si autem be
ne quid me cedis. Et misit
eum annas ligatum ad cay
phan pontificem. Erat autem